



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGELL.  
CRACOVENSIS

39129

I Mag. St. Dr.

P

Kod. 39129

Teol. 2854.

Draski Adams: Quaestio Theologica de  
ineffabili creatione universi.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002423

D. O. M. S.  
QVÆSTIO  
THEOLOGICA,  
DE  
INEFFABILI CREATIONE  
UNIVERSI.

*Ex lib: 2. M Sententiarum deprompta.*



M. ADAMO DRASKI,  
S. Th. Sententiario, & Professore,  
Ecclesiæ S. FLORIANI DECANO.

In Alma ACADEMIA Cracouensi

*In Concurſu ad diſputandum*  
*PROPOSITA.*

Lectorio DD. Theologorum.

Anno D. 1648. Mensis Ian: die 28. hora. 16.

S. AVGVSTINVS Doctor Ecclesiæ  
Manichæorum profligator.

Interrogaui terram, si esset DĒVS meus, & dixit, quod non: & omnia quæ in ea sunt, hoc idem confessa sunt. Interrogaui mare, abyssos, & reptilia quæ in ijs sunt, & responderunt: Non sumus DĒVS tuus: quere super nos eum. Interrogaui Cælum, Solem, lunam, & stellas: neq; nos sumus DĒVS tuus, & clamauerunt voce grandi: ipse fecit nos. Interrogaui deinde mundi mollem: dic mihi, si tu es DĒVS meus an non? & respondit voce forti: Non sum ego, sed per ipsum sum ego, quem quæris in me, ipse fecit me: supra me quare eum, qui regit me, & qui fecit te. Soliloquiorum, cap: 13.

391297

D. O. M. S.  
QUÆSTIO THEOLOGICA  
*D E*  
INEFFABILI CREATIONE  
VNIVERSI.

V. Ex Operationibus D E I  
Omnipotentis ad extra ,  
Creatio prima, & primūm  
terminata ad productionē  
Substantiarū immaterialiū,  
tandē molitione corporea-  
rum, iuxta sex dierum ordi-  
nem continuata, in Homi-  
nis formatione, consumma-  
tionem acceperit necnè?

A 2

CON-

# C O N C L V S I O I.

Ex Operationibus DEI Gloriosi  
ab extra, Creatio ordine execu-  
tio-  
nis, est prima.

## C O N S E C T A R I A.

I.

*Creatio ex parte modi est operatio infinita.*

II.

*Soli DEO Omnipotenti est propriū Creare.*

III

*Creatio supponit processionem diuinarum  
personarum ab intra.*

IV.

*An Creatio naturali lumine sit cognita?  
probabiliter negamus.*

V.

*Ex Operationibus ab extra, opus SS. Incar-  
nationis est maximum.*

VI.

*Omnis diuina operationes ab extra, sunt  
liberae.*

CON-

## C O N C L V S I O II.

Creatio, ordine dignitatis, & non durationis, primò est terminata ad substantias immateriales.

### C O N S E C T A R I A.

#### I.

Substantiae immateriales, habent esse receptū.

#### II.

Non modò Fidei, sed ex rationi naturali est contrarium, substantias immateriales esse compitas ex materia & forma.

#### III.

Necessariò tamen admittenda est in illis Compositio ex esse & essentia.

#### IV.

Falsum est Substantias immateriales, ab aeterno fuisse.

#### V.

Substantiae immateriales, nullū intrā se habent desitionis Principium.

A 3.

VI. Licer

VI.

Licet in magna multitudine Substantia immateriales fuerint, creatæ; non tamen plures numero eiusdem speciei at hominæ possunt dari.

C O N C L V S I O III.

Creationem Substantiarum corporearum, sex dierum interuallo esse continuatam, est sacræ Fidei dogma,

C O N S E C T A R I A.

I.

Licet per dies intelligentur interualla, probabilius tamen cum S. Doctore Augustino, dies accipiendos ex ordine ad cognitionem Angelorū, quorum mentibus DEV'g glorioſus, id quod creauit, impressit.

II.

Substantiae immateriales sunt de integritate Vniuersi.

III. Con-

III.

Conuenienter orbium cœlestium, atque terre,  
creatio, aliorum corporum creationem præcessit.

IV.

Lux à DEO producta fuit corporalis.

V.

Lux ista fuit qualitas Solis, licet informis.

VI.

Tempus est ipsi Calo concreatum.

## C O N C L V S I O IV.

Creationis sex dierum continua-  
tio, in Hominis formatione con-  
summationem accepit.

## C O N S E C T A R I A.

I.

Creatio Substantiarum corporearum, com-  
uenienti ordine à Moysè est descripta.

II.

In Homine creando magna DEI gloriosi re-  
lucet

*lucet potentia, sapientia, & bonitas.*

*III.*

*DEV S gloriosus in homine creato singulariter sibi complacuit.*

*IV.*

*Ordine intentionis, Hominis creatio est prior.*

*V.*

*Jure Homo, microcosmos à Platone est nuncupatus.*

*VI.*

*Rectè potest dici Homo, finis aliarū à DEO glorioso productarum creaturarum.*





Sub felicibus Auspicijs.

*Magnifici & Admodum Rñdi Dñi,*

**D.M. IACOBIVITELLII,**

S. Th. D. & Professoris, Canonici Cracou.

Theologicæ Facultatis Decani, &

Almæ Acad. Crac.

R E C T O R I S

Vigilantissimi.



CRACOVIAE.

In Officina Christophori Schede-  
lij S. R. M. Typographi.  
A. D. M. DC. XLVIII.



XIV. 132



